



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 92. Erasmus a summis Pontificibus semper perbenigne exceptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

perscripsit, tamque importune institit, Sæcul XVI.
 ut omnium judicio nil proprius esse vi- A.C. 1526.
 deretur, quam quod insignis ille vir
 tandem Regis mandato cederet: id ip-
 sum, quod narramus, Erasmus datis
 ad Tonstallum Londinensem Episcopum
 literis significabat his verbis: *Rex Gal- liarum incredibili est in me affectu; Exspe- Lib. 18.*
ctor: Thesauraria Turonensis parata est, Epist. 48.
quæ reddit quingentos coronatos. Idem
etiam perscribit ad Guilielmum Cantua- riensem Archiepiscopum. Franciscus Rex
Galliarum, inquit ipse, incredibili est in
me affectu, rurus vocor in Gallias. Para- ta est jam pridem Thesauraria Turonensis Lib. 20.
ampli proventus, sed tales sarcinas nihil mo- Epist. 44.
ror & libertatis avidus, & brevi moriturus.

§. XCII.

Erasmus a summis Pontificibus semper perbenigne exceptus.

Nunquam luculentius Erasmi collo-
 quia ab injuriosa Parisiensium Do-
 storum censura vindicatur, quam ubi
 eorum Auctorem a summis etiam Pon-
 tificibus perhonorifice habitum demon-
 strare possumus. Hi enim, cum ad ser-
 vandum fidei depositum præ Principi-
 bus profanis longe magis intenti, ac
 dissensionibus, quibus tum Ecclesia scin-
 debatur, intimius commoti essent, qua-
 ratio-

Sæcul. XVI. ratione eos latere potuissent ea , quæ
A C. 1526. Beda in ejus libro deprehendisse con-
tendit , aut quomodo tot errores dissimulare voluissent ; id certe eo minus
quis sibi persuadere poterit , quo mani-
festius est , quod Pontificum plures , ubi
de fidei integritate agitur , nequidem
potentissimis Principibus pepercérint .
Cum ergo summi Pontifices Julius II .
Leo X . Adrianus VI . Clemens VII . Pau-
lus III . Erasmi mores comprobárint ,
illius fidem , ac obsequium erga Eccle-
siam Catholicam commendarínt , & do-
ctrinæ puritatem , ac opinionum inte-
gritatem in Erasmo testimoniis oppido
præclaris , omnique fide dignis depræ-
dicarínt , atque etiam ejusdem libros ap-
probarínt , eumque , ut lucubrationes
suas in lucem ederet , instigaverint , imo ,
quod & plus est , eidem tuendæ fidei &
Ecclesiæ munus imposuerint , quo pa-
cto dubitari poterit , quin Erasmus Ca-
tholicæ ac orthodoxæ fidei semper fue-
rit addictissimus , postquam id testati-
funt ii , quibus speciali quadam ratione
Evangelicæ doctrinæ depositum concré-
ditum est (*) ?

§. XCIII.

(*) Cum Continuator summos Pontifices extra
Concilia haud infallibiles nequidem in fidei mo-
rumque judicio propugnet , haud sat mirari pos-
sumus ,